& Coriſcus ambo ſcepſij. Timolaus cyzicenus. Eueon lampſacenus. Pithon & Heraclides utergz nationē eiusdē. Hippothales & Callippus & Demoſthenes orator athenienſes: Cetergz cum Demoſthenes poſtea Caliſtratum nobilem athenis oratorem audiſſet: omiſſo Platone illi deincepſ adhęſit. Theophraſtum quoq; leſbium Platonis auditorem fuiſſe quida aſſerunt. Sed & mulieres ſub eo philoſophię uacaſſe certum eſt: Laſtheniam ſcilicet ex mantinea & Axiotheam phliaſiam: quam & uirilem habitum induiſſe dicunt. Fuere & alij quos referē longa & ingrata mora eſſet. Dehinc de operibus a Platone editis & uarie copioseq; compilatis breui pſtringamus: ut probis quidē calcar ignauis autem rubor incutiatur: cum uideant tantum philoſophum inter tot peregrinationes itinera curſusq; maritimos: dum litteras quaſi toto fugientes orbe pſecutus mauult uerecunde diſcere q̄ impudenter docere: tot ac tanta uolumina conſcripſiſſe & immortalitate digna poſteritati legaſſe: De his illud prędixiſſe licet: omia ferme quę grauius accuratiusq; diſputanda fuerant ſeriogz agitanda: in dialogoz forma conſcripta fuiſſe: & recte ſanē. Ea. ꝑ. quę eiuſmodi colloquendi ratione tractantur: introductis pro dignitate perſonis aptius diſputantur & uehementius imprimuntur: quaſi reſipſe nō audiri ſed geri & coram explicari credantur: Nam certior aure arbiter eſt oculus: ut inquit Flaccus. Effingendoz aūt dialogoz auctore primū fuiſſe Zenonē eleatem affirmāt quida: uez Ariſtoteles in primo de poetis libro cui & fauorinus cōſentit Alexamenum ſtyrēū aut teiūm primū in eo gnē ſcripſiſſe dicit. Vez .N. uero utrūq; reſ ſe habeat Plato prēcipuus ei rei polituſ exponende curam & ſtudium adhibuit: ut cum de bonis artibus ad diſciplinam & uitę inſtitutione interōgatio & tempeſtiua deinde facta ſit reſponſio: eaz pſonaz quas introducit proprium decoz & pro dignitate ſermone: ſicut accuratiſſimus victor exprimat. Iraq; pro collocutoz moribus affectionibus etate conditione gente: dictionē quoq; diſtinctam applaudentemq; uideas? Proinde alios ad contemplanda & inueſtigada

Flaccus.

ꝑ dialogis.

naturę latentiſ occulta & reconditam ueritatem cernere licet: alioſ in actione & preceptoꝝ exercitatione p diuina humanaq; negocia uerſari: ſicut eoꝝ maxime inſcriptioneſ explicant: in quibuſ ferę ſemper & perſona quę prioreſ agit partes & argumentuꝫ ſimul imponitur: aut alteꝝ: In ipſiſ autem illud ab antiquiſ indagatoribus animaduerſum eſt: Platonē ſuā opinionē perſoīs quattuor apperuiſſe. Socrate ſcilicet: Atheneo: Eleate: Timeo. Iam tempuſ exigit ut ſcriptoꝝ a Platone numeꝝ titulosq; deſcribamuſ. Sunt aute timeuſ: uel de mūdi anima & natura: timeuſ alter de natura: huiuſ initiū eſt: unuſ duo treſ: ſuperioriſ uō timeuſ locuſ hęc locutuſ eſt: reꝝ uniuerſalium duaſ eſſe cauſ intellectum quide eaꝝ quę ratione fiunt: neceſſitatem aūt earum quę uī. Cratyluſ aut de rectitudine noīuꝫ: Parmenideſ aut de ideis. Sophiſta aut de ente. Socratiſ apologia .i. defenſio. Criton aut de agibili. Phedon aut de animoꝝ imortalitate. Phedroſ uel de bono. Vna oīuꝫ ferme ſcriptoꝝ uox eſt phedrum primuſ a Platone compilatum cū a studioꝝ reducta tia eſtuaret etaſ: quocirca nonnulli millo nō tam rē ac maturitatem ꝙ adoleſcentiſ ſpem expectationemq; laudarūt. Syposium uel de cupidine ſiue de amore. Menexuſ ſiue funebriſ oratio. Clitophon uel pſuaſiuuſ. Philebuſ ſiue de uoluptate. Hipparchuſ aut lucri auidus. Amatoreſ uel ut quidam aduerſariſ amatoreſ ſiue de phia. De re. p. libri decē. De legibuſ libri duodecim. Minoſ aut de lege. Epinomiſ uel cœtuſ nocturnuſ. Critiaſ aut atlanticuſ. Alcibiadeſ primuſ de hoiſ natuā: alcibiadeſ ſecunduſ de optandi ſeu orandi ratione. Theageſ ſiu de ſapientia. Lyſiſ ſeu de amicitia. Lacheſ aut de fortitudine. Euthyphron ſiue de ſancto. Menon uel de uirtute. Ion uel de iliade. Charmideſ aut de temperantia. Theetetuſ uī de ſcientia. Heuthydemuſ aut litigioſuſ. Protagoraſ aut ſophiſte. Gorgiaſ aut de rhetorica. Hippiaſ maior ſiue de honeſto: hippiaſ minor aut de honeſto uel ut alīj de mendacio. Extat & de diffinitionibuſ libelluſ ſane cōmodus: quē alīj Speuſippi fuiſſe aſſerūt. Sunt & epiſtolę complureſ cum dicendi

Criton. phedon.

pſuaſiuuſ d' Volutate

Minoſ Epinomiſ.

d' iliade.

Sophiſte

de dia. plat.

Nūcoſ x titulos ſcriptoꝝ plato.

Timeuſ. duo.

cratyluſ. parmenideſ. Sophiſta. Apologia. Soratis

de Amore. funebriſ oīo. Lucri auidus d' phia. / d' re p. l'. x. d' leg. l'. xii. Critiaſ. Alcibiadeſ. ij. d' Sapīa. d' Animoa. d' fortne. d' Sancto. d' Virte. d' Temperan. d' Scia. Litigioſ d' Rhetorica. d' honeſto. d' mēdacio. d' diffinitiōib. Epte.

ā ingenio pla.

ſuauitate: tum ad uitam utili grauitate referte. Vnū de Platonis ingenio uel precipuū neguaq̄ omiſerim: qui eo ad edíſcendas artes iudicio rectius uenit q̄ inciderit: ut quę probaret amplecteretur ac meliora politioraq; redderet: quę contra omitteret. quod porro cōmendandum dixerim & precipuis extollendum laudibus. Nam ſicuti quę a maioribus noſtris bene excogitata & ſatis apte elucubrata ſunt ſequi profuerit: ſic alienis tantū inſiſtere ueſtigiis nec ſuum proferē pedem pigrę mentis argumentum eſſe contenderim. Quid futuri fuiſſet ſi in edificandis domiciliis: nauigationibus ſubeundis: picturis factitandis: antiquorum arte contenti fuiſſemus? non ne antris adhuc ſtabularemur arboribusq; cauatis? non ne ratibus aut lintribus uelificatio teneretur? non ne ridiculę uiſerentur imagines? Plato igitur cum magiſtrum ſuum Socratem ſtudium ab rebus occultis & a natura ipſa reconditis: quibus ſupiore impenderat ętatem auo cauiſſe & ut ita dicam declinaſſe pſpiceret. non ſatis ſententiaq; probare poterat: potiſſimum cum illum ueri inueniendi deſperatione quada adductum intelligeret: propterea qua ſupiora illa uel ita latere diceret: q; eo noſtrum intuitu cogitationeq; penetrare fas non eſſet: uel ſi penitus deprehenſa cognitaq; foret, nihil ad bene uiuendu habere momenti: malle ſe bonum q̄ doctum euadere. Preterea Socrate in omni ſermone tū hoc tum illud aſſerere: nil affirmare: uſquequaq; dubitare: hoc unuq; ſe tantum ſcire q; nihil ſciret. Omne tempus illi ad inſectanda uitia uirtuteſq; laudandas conſumebatur: ut ab illis mortales abſterēret: ad has autem accenderet ac ānīmaret: quibus de rebus omīs illi diſputatio acute copioſeq; texebatur. At Plato ut dixi uia magiſtri relicta uel nō omīo probata: omnē philoſophandi rationē in treſ partes diſtribuere cœpit. Vnam quę de natura arcaniſ eſſet: quam greci quide phyſicam: noſtri uō naturalem hiſtoriam appellant. Alteram quę de moribus quam noſtri interdum phiam: illi ethicam uocant. Tertiā de diſerendo & ueri falſiq; iudicio: quā dixere dialecticā: tum diſputando uera rimari: quod minime Socratem exiſtimabat.

1^.
2^.
3^.

ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι id a diſputādo

aggressus est: quę & si non omī magna tamen ex pte humano deprehendi possunt ingenio: diuina presertim aspirante ope. unde & pluxima nostra est assecuta cognitio. Cumq; Plato cer neret ꝯtum lucis & gratię cognoscendis rebus afferret adhibita cōmode oportuneq; partitio: non solum ad claritatem: uerū etiam & ad facilitatem: absolute nimiq; cuncta ptitus est: ut uerbi gratia platonica est illa partitio. Bonoꝝ quęda animi quędam corporis: quędam rez externaꝝ. Animi quę capessen dę uirtutis essent: eaq; ab eo in naturam moresq; diuidebantur. Nature celeritatem ad discendum retinendumq; memoriam dabat: quoꝝ utrūq; mentis esset proprium & ingenij. Moꝝ studia & consuetudinem iustitię fortitudini modestię & prudentię applicabat. Corporis bona assignabat pulchritudinem: celeritatem: ualitudinem: robur. Exteriora bona ponebat fortunatam & amplissimam patriam: diuitias: opes: claram familiam: amicos: quę & si eiusmodi essent ut uirtus p se ad felicitatem adipiscendam sine illis ualeret: tn ut instrumenta adhiberi uirtuti: de corporis externiſq; dico. Amicitiaꝝ tria genera dicere: ex platonica diuisione est. Nam aut naturales aut equales aut hospitales esse. Naturales quae sanguinis uinculo nobiscum nascuntur: ut parentum filioꝝ fratrumq; consanguineoꝝq;. Equales gignit consuetudo uiteq; societas: accedente presertim moꝝ similitudine nulla generis propinquitate: quales Pylades & Orestes: Scipio ac Lęlius. Hospites maxime comitatus creat: epistolę: & mutua inter absentes officia. Duo quoq; rez principia constituebat deum scilicet atq; hylen: ex qua elementa quattuor deriuaventur: ignis aer aqua terra: ex quibus mundus ipse constaret & q in mundo. Sed quid ago supuacue negociationis homo: q ea quę sunt a Platone aut excogitata aut ornatius digesta percurro cum ea & latinis litteris illustrata sint: & tibi diligentissime cognita: staq; ne noctuam athenas: aut sus Minerua ut in prouerbio est hęc omittens: de illius uita quod succurret absoluam: cum uirtutis laudem in actione cōstare

Animi bona.

Corporis bona.

Exteriora.

Amicitiaꝝ tria genera.

duo pn̄a. deū s. et hylen.

iiii qor Elementa.

Πλὴν εἰς Ἀθήνας nocturna athenas.

Virtꝰ in actu cōsistit.

intelligeret idq; predicaret: cuius studio insudarat: sepius de se in patriam: in amicos: in hoīes genus pietatem fecit. Belligerantibus siquidem athenis ter in militiam profectus est. Primum in eo prelio quod in tanagra cōmissum fuit fortiter dimicare conspectus est: is aūt in agro tebano celeber uicus fuerat: deinde contra corinthios: tertio in delios adeo strenue bellatoris nauauit opam: ut suma cum laude p omniū ora uolaret in primis. Quid in familiares: Chabrie fortissimo eius etatis duci Crobylus accusator improbus diem dixerat: & capitis iudicium intentauerat: quocirca cum ab reliquis destitutus cāubus metu periculi ac magnitudine in arcem ascendēt: solus Plato officii conscientia munitus: forti & nusq̄ remisso & subsecutus animo hominem defensurus & utilem patrie cīuem semp affuit: cui cum calumniator Crobylus ut eum a patrocinio deterreret minitans dixisset: alīs defensionem prestaturus aduentas: ignoranś q; te quoq; Socratis uenenum expectat. Ei Plato ingenue quidem nihilq; retardatas respondit. Olim Crobyle cum patrie dignitati militabam in tolerandis periculis nihilo segnis eram: nunc p officio & amici salute: licet senex: ac uenena minereis: & ignem: nullum recuso discrimen. Hec in amicitijs sectandis Platonis constantia: quid illa in Xenocratem & firmitas & moderatio? cum ex condiscipulis instigaretur quida inuidia Xenocrate adeo Platoni gratum acceptumq; esse ut in eam conflaret inimicitiam: tale aliquid comentus est: multa in Platonem Xenocratis maledicta renūtiauit. Plato medio sermone criminationē respuēs obaudit. Instat obtrectator iultus seueritate crimē affirmas demiq; deos omnes ac deas obtestante: Plato ut ab eius sese patrata solueret: esto inquit: sed ea Xenocrates fide ac gratuitate pollet: ut nisi sic expedire iudicasset dicturus ea nūq̄ fuisset. quo facto ab tam importuno conuiciatore se liberauit & omnem abscindendę familiaritatis spem ademit. Sciebat n. sanctum illud amicitie nomen sero quide sumendum esse: uez ubi semel est assumptū sperni nō conuenie.

dimicare pla.

Magā cōstantia pla.

plato

sed omni potius ratione tutandum. Platonem ter in sicilia enauigasse compiõ. Nam prima eius nauigatio fuit ad spectãdaz insulam & craterai qui scatebraz locus mirifice religiosius ee dicitur: quo tempore Dionysius senior Hermocratis filius oppressa syracusanoz libertate tyrãnidem exercebat. Carthaginensibus nanq; siciliam inuadentibus & uastitatẽ simul & libertatis amissionem minitantibus: siculi Dionysiuz cuius illustre in rebellica ea tempestate nomẽ erat: rez sumẽ prefecerunt: ut ab iminenti clade siciliam tutaretur: Represso at hoste Dionysius inuadendę dnationis occasionem nactus tyrannidem occupauit: quiq; uirtute iam effecerat ne grecorum oppida barbaris seruirent: expatre ac benefactore imanem sese dominum tyrãnumq; reddiderat. Is igitur cũ omni conatu ac necessitate Platonem adegit ut in colloqum ueniret: quo quidem in sermone Plato ediserere coepit de tyrãnide principatuq; legitimo: qtum huic laudis beniuolętię tantũ illi uituperationis atq; simultatis inesse. Hunc uirę ac bonum: illam damnosam inhonestamq;. Illa ui rapetur: hic uõ uirtuti conferetur. Ea uox mirę in modum tyrãmentẽ offendit. Indignatus itaq; Dionysius: tua inquit sermle nescio quid sapit oratio: cui Plato certe ait: tua uõ tyrãnicum. Qua re instigatus Dionysius ut Platonem occidẽ agitabat: quod nisi Dionis & Aristomenis precibus uix reuocatus esset: profecto fecisset. Erat autẽ Dion Dionysio affinitate cõiunctus: eius siquidem soror Aristomacha Hipparino patre: primario inter syracusanos uiro: progenita: Dionysio nupserat. Hic ille Hipparinus est quẽ initio collegam rei bellicę Dionysio creauerat: ut antea iam tactum est. At .N. Polidi lacedemonio qui pid tempus apud Dionysiuz cũ tatis suę noie legatione fungebatur exhibuit ut in grecia rediens Platonem uenundaret. Polis egina adnauigans illum etendendu exposuit: qua in re in capitis discrimen incidit. Lata erat eo tpre lex apud eginitas: qua cauebatur ne quis atheniensis egina adiret: adeunti uõ indicta ca capi

Naungatões pla-

tale supplicium impendere. Instabat ipse ferunde legis auctor Charmander Charmandride filius quo legem morte sanci ret: quod accidisset nisi presens quida tantam rem tam horrendam loco soluisset. Nam cum lex de athenensibus ho minibus nominatim expressa sit: hic philosophus est inquit: q circa motu inter presentes risu: Platonem metu mortis absolue dum censuerut. Nonnulli Platone in ipsam contionem adduc tum fuisse scribut: in que conecti uniuersoz ociu: homis gestu obseruabant: & quasi missu e celo deum contemplabantur: at ille ne uerbo quidem emisso: imoto corpore imutatoq; uultu u tramq; sententia constanter expectabat: ut sicut secuda no magnope spare uideretur: ita & aduersa maximo ac fortissi mo patus & armatus aio excepturus. Tantu ualebat phie ra tio & optima factoz consilioz; consientia. Demum timore ne cis absolutus urgente Charmandri crudelitate: intra man cipioz deducitur locum: & publico decreto uolentibus eme di potestas fit. Anniceris cyreneus: q tuc forte egina adue nerat: eum minis uiginti: aut quenadmodu alii tradunt: triginta mercatus est: e uinculis liberatu eduxit: mox hone sto comitatu ad suos remisit athenas: q confestim ad Anni ceris remittendu argentu curauere: uel sicut quidam scripsere Dion syracusanus eius renumerandi auctor fuit. At ille repudiato prorsus argento qa maiore suma in Plato nem liberalitatem exercendam esse diceret comparato in academia orto Platonem donauit. Nec uo abtam scelerato ludibrio Polidem inultum esse fortuna uoluit. Nanq; Polin collato apud elicem marte: is autre arcadie locus est: ab t Chabria impatore nobili & Platoni pq familiari stupatum & mari obrutum plerig; scriptores affirmant. Nec ipse Dio nysius tante conscius ignominie quieto esse aio poterat: q longe turpiores illi macula & eternu dedecus inuebat. Ad eum igitur cum iam liberatum in patriam reuertisse accepisset: litteras dedit: quibus ne de se male diceret obse crabat. Ei Plato statim rescribit tantum sibi ab academia

sua nec esse nec fore: ut uel minima Dionysij recordatio cogitatioq; subiret. Dionysio maiore defuncto: ad filium eiusdem nominis adolescentem rex potitum omniq; Plato se contulit: frequentissimo & ipsius & Dionysij & Dionis imitatu. Dion. N. preter affinitatem intima familiaritate atq; cōsuetudine Dionysio coniunctus erat. Nam cū Dionysius pater duas uno tempore uxores haberet: Locridem uidelicet & sororis Dionis Aristomachan: Dionysio filio ex locride progenito Sophrosina Aristomache filia nupserat: Dioni autez Areta sibi ex sorore neptis. Vtroq; igitur pindeae consiliarium Platonem inuocante eo profectus est: eo proposito ut ab Dionysio ciuitatum italicaq; siculaq; sibi subiectaq; libertatem exoraret: quo phie laudes ac dignitatem nō uerbis tantum aut disputationibus sed re ipsa & actione apud omne hominiq; genus comparet. Ipse. N. tyrannus cum magnam eius rei spez dedisset: promissa tande effecit inania & uenientem frustratus est. Qua iuude in re Plato uitę discrimen adiit: q; in suspitionē tyranno uenit ab se Dionem ac Theodotan inductos: q; pro insule ac ciuitatum italicaq; libertate rebus nouādis studerent: & abreptum Dionysio dnatum sibi uendicarent. Tantum inualuerant calumniatores ac pditi hoīes: quibuscū Dionysius conuiuebat: ut Dione preclaro imprimis hoīe & optimo sane consiliario in greciam ignominiose ab rei. p. gubernatione reiecto Platoni pestiferas ordirentur insidias. Rumō certe increbuerat trucidatum ab Dionysio fuisse Platonē: quē tamē ita retinere machinatus est Dionysius: ut omni comitatis gnē & blandimentis consolaretur eumq; consuetudine intima & consiliorū cōmunicatione complecteretur: ut nulla in re Dionis in Platonē studio cedere uideretur. Interi phie eo docēte opam dare nō omittebat. Demū ea cōditōe discessisse creditus est: ut finitimo bello: quo tūc Dionysius implicabatur una cū Dione Plato remearet. Tertiā aduentq; causam in siciliam Platoni hinc fuisse liquet: ut Dionē amicum eius precipuū & litterario uinculo cōiunctissimū Diony-

sio conciliaret: inter quos nō mediocres simultates ardere cœperant. Eum autē Dionysius primū quidem frequentibus litteris alliciebat: multa de Dionis reditu in siciliam & bonis mox ei restituendis pollicitus. Deinde cum Plato hominis inconstantię & sodalium suorū insidijs fidei pax habens negaret: tandē flagitantibus amicis & Dione impris & Archita p epistolam uehementius urgente ab syracusijs missa triremi tertiam tamen ingressus est nauigationem honorifico admodum comitatu cū aliorū nobilium: tum uō Archidami illustris uiri & Architę amantissimi. Quam quidē ad rem componendam cum omnē frustra cogitationē & conatū adhibuisset: dolis & simulata bonarū artium & studiorū cupiditate deceptus ut diuinarat tem ptaturus tamē mansit. Interea tyranno calumniss multis Platonem circūueniente & eum cum inimicis conspirare insimulante: id aūt impositū falso crimē erat: sibi mala multa insciī cognouit. Proinde ut se ab imminenti procella seruaret clam tarentum nūtiauit in quibus uite piculis agitaretur. Id ubi ad Architā tarētinū pytagoricę sectę phm platum est: exorare p epistolam legatosq; Dionysium statuit: apud quē pro mutua beniuolentia Architas plurima pollebat auctoritate: cuius quidē eptę hoc extat exēplu.

Architę epta ad Dionȳ. ARchitas Dionysio salutem. Vniuersi qui Platonē precipua complectimur amicitia: Lamiscū atq; Photida ut uirum recipient ad te misimus: sic aūt ex confesso compositoq; peregimus. Recte uō & pro officio facies si sedulitates ac studia memoria reuocaueris: quibus a nobis oibus etiā atq; etiā contendebas: ut Platonem ad te proficisci faceremus. Petebasq; ut pro eo incitando cū alia tū uō tutum & secuz eius fore aditum recipemus: siue manere: siue cursum repetere institueret. Memineris & illud q; eius aduentum quem eo tempore tanta cavitate tantoq; amore p sequebaris: plurimi faciebas: qui eoz quibus cū obuersaretis: facere uidebare neminem. Q; si qd aspitatis interciderit humano more ferendum est: curandumq; ut uirū omnis expertem detrimenti nobis illesumq; restituas: hec cū effeceris pro equitate gesseris & gratissimū nobis feceris. Hanc ut Dionysius accepit epistolam & si complures nondum esse cōtende

rent: Platonē abunde suppeditato cōmeatu abire pmisit:
& hoc pacto re infecta ut prefagierat: reuertit in greciam.
¶ Miratꝰ plerosq; & eos quidem graues uiros arbitror: quā
ob rem Plato: quē mirificus rei.p. tenebat amor & eius gu-
bernādę nō plnum trahebat desiderium admīstrandorum
officiorꝫ patrieq; consulendi curam abiecisse uisus sit. Verū
.H. uero cū is singularem patrie caritatē pre se ferret: ina-
nem sui futuram opam animaduertit: quār tam alienis ab
institutione sua legibus: & in reuocando ferme ritu ciuitas
ipsa consenuerat: & alia consuetudine populos offirmatos in-
durnerat. Interea cum arcades & thebani ad deducēdos me-
galopolin colonos & frequētes habitatores enixe conspirarēt
Platonem plegatos obsecrarunt ut eo pgeret: eam moribus
ordinaturus & legibus: quod cū illos ab equalitate abhorentes
cognouisset: facere neglexit: idq; iure quide ac merito. Na
quis medicus est modo mentis compos sit: qui rebelli ac mīs
audiēti pceptis egroto sanitatis leges indixerit? Ide in cyre
neos sensisse uisus est: q cū omi diuitiarꝫ gnē & lautitia af-
fluentes Platonem ad suę ciuitatis institutionē accerserent
hoc ab eo responsum retulerut: Difficillimū est inquit cyre
nei ciues amplissima fortuna dissolutos legibus contine. Gra
uiter quide & mature ut assolebat: Mirifica nāq; in eius
uerbis factisq; comitate condita grauitas inerat: idq; cū
reliqua illius uita declarat scriptaq; inumerabilia: tū nō
quedam acute ac prudenter ab eo uel dicta uel responsa:
ex quibus nō milla interseruisse iocūdum extiterit. Mi-
rari se plerūq; dicebat: q cū iuuenes cura & artificio siles
bestias efficerent: nō id potius curarent: ne bestiaꝫ siles ho
mines euaderent. Philedono cuipiam Platone carpen-
ti: q nō minus in discendo q̄ in docendo studiosus ac sedu-
lus esset: & quoad discipulus esse uellet interōganti: quoad
inquit meliorem atq; pitiorem esse me nō pœnitebit. Demo
doco de filioli eruditione cōsulenti: qualis in arbusculas
plantandas & formadas: tales & in liberos gignendos institu

endoſq; cura eſſe debet mgnũ : hic labor : illic uoluptas . Cauẽ
dum autem ne in illo ſopiti in hac uõ pluſq; uigiles eſſe inde
amur . Percũtantibus quibuſda quænam poſſeſſionum gnã
filiis comparanda prẽſtarent : ea dixit : que non grandinem
nõ uim : nõ ipm demq; Iouem extimeſcerẽt . Erat intẽ di
ſcipulos eius lautus nimium & curãdę cum opoſius adoleſcẽs :
quem ſubridens Plato rogauit : quouſq; tibi carcere edifica
re perges ? Ad iuuenes quos ad beate uiuendu aiare nuq;
deſinebat crebro dicere ſolebat : otio labores antepoite : ni
rubigine ſplendori prẽſtare putatis . Conſpicatis adoleſcẽtez
talorum ludo propenſius intentu acerbius increpuit : at ille ut
ſeſe purgaret : pro puſillis ait ludum habeo : cui Plato puſillu
quidem nũmus eſt : cętez mos ipſe uehementiſſimu . Sciſcita
batur ex eo aſpiam nuqd ſua quẽadmodu & maiorũ futu
ra eſſent comentaria : reſpondit primo qde compadi nois
habenda ratio eſt : deinde multa obuenient . Xenocrates ad
eũ ſalutadi gra uenerat : cum Plato ob deprehenſum in de
licto grauiore ſeruulum iratus excanduerat : cui Plato huc
plagis dixit affige : id ego ne faciam impedimẽto ira eſt . ¶
Alio ſubinde tempore in altez delinquẽtez quoq; ſeruulum :
ni tibi iratus eſſem ait : pro tuis depexus eſſes meritis . Ebri
is pariter & iratis precipe & cõſilium dare conſueuerat : ut in ſpe
culo uultus ſuos intuerentur : quo tantam p oris deformitatem
ea uitia fugitarent . Somnũ diuturniorem crebro deteſtabat :
ut malaz illecebraz delictoz q; parentẽ : & morti pq ſimile . A
mico relinquendi ad poſteros nominis amor : uel in amicis uel
in libris tui recordatione inſere dixit . Familiaris quida Pla
tonis doctus ſane homo eũ orabat : ut ſibi aures pauliſp acco
modaret : libellũ ab ſe editum lecturo . Rogatus ſubinde a Pla
tone : quena libri eſſet inſcriptio : reſpondit contradicẽdũ nos
eſſe : cui Plato cur igitur hoc ipſe facitas ? Leo gnẽ ac opib
nobilis magisq; clarus atheniis adoleſcens magnas & inmodeſtas
in ſenatu uociferationes huerat : quo cũ is in cœtu rapẽt : Plato
dixit : hoc eſt uere leonem eſſe . Xenocratem chalcedonium

adolescentem adhuc sub Platone phie instituta capessente: cū in
reliqua uita nimis austerꝫ: tum tristem semp in uultu seueri
tatem pse ferentem: sepe cōmonefacē solebat: ut gratiꝰ sacra
ferēt: illud uidelicet significans: ut ātum nature defectus
& acerbitas demeret: tantū industrie diligentia & gratia
comitatis elegantia conciliaret. Plato quoꝫ tardiusculum in
genio Xenocratem solertissimo & acutissimo cōferens Ari
stoteli scitum illud usurpabat: hic qde calcari: hic aūt freno
indiget: tam etsi hoc ab alio deꝫ alijs diuulgari dictum soleat.
De utroꝫ & illud dictum Platonis extat preceptores in disci
pulos: huic quate equū quate ue asinū ungendos assumpsi. t
Dionem syracusanū reliquis in rebus magnū ac doctissimū
hoiez: cetez in suoꝫ conuictu durioꝛe: ut ad māsuetioꝛes t
moꝛes reuocaret arebat: puicatia nō urbiuꝫ sz syluaꝝ solitu
dinisꝫ sodalis est. Cum tuuetutez ad beatę uitę rationes in
cenderet: cum alia pmulta: tu uō illud frequenter usu tenebat:
contrariā uirtutis ac uoluptatis naturā animo uertereт. Hu
ius. ii. mometanee dulcedini ppetua poenitentia: doloꝛes &
cruciatus affigi: Illi contra: post breues laboꝛes: eternas post
mortem etiam delectationes adungi. Xenocrates cuius du
rior uita & mos nimium rigidus censebatur: quodam amœ
num ac risu excipiendū protulerat: quocirca miratibus co
discipulis Plato quid miramini dixit? Num inter carduos
& urticas lilia plerūqꝫ ac rosas enasci cernitis? De amatore
facete iocans: amus est inquit suo quide in corpore moriez: in
alieno autem uiuens. Obtrectatoribus qbusda Platonē ab Dio
nysio derelictum obiectantibus respondit: imo uō a Platone
Dionysium. Interōgatus quidna inter pitu & impitu interes
set: quod inter medicū egrotumꝫ respondit. Principibus t
nullum prestantius predioꝫ genus esse dicebat: q eoꝝ familia
rietates hoiuꝫ: q cauponari nescirent. Potentatui putilem ac
necessariā esse sapiam: ut in illo quide corpus: in hac uō aūm
constare ingueret. Dioni eius hospiti discipulo & amico liber
tati patrię & amplitudini dies noctesꝫ studenti prudēs illud

29

Aīmi
Corp
pecuⁿ

instillabat: quod ad consequēdam rez. p. beatitudine magis magisq; conduceret. Sicut aūt primo: corpus secundo: pecunia tertio loco sapientes uiri ponerent: ita & leges ipse piter & cōsuetudo uirtutem animi priore dignitatis gradu: tum corporis uires: uirtuti obedientes: tertio demū honoris ordine pecunia uir tutis corporisq; ministra collocare deberēt. Q̄z. salubre & illud: beatissimas fore res. p. si qui eaz gubernationi pes sent: aut sapientia pditi uenissent: aut sapientię studio te nerētur. Nec parū hoc quoq; salutare: cum reliquis mortā libus tum adolescentibus: qui ad litterazq; & bonaz artiū stu dia & nois propagationem anhelant. Improbare. n. bis in die fieri saluz: & nunq̄ nocturno tempore iacere solu. Hec duo si surdo p̄cepta non sint: ā late ad corporis & animi uires sustentandas pateant facile intelligetur. Finis no erit si ab illo uel sapienter uel comiter dicta colligē uoluero: quę in eius scriptis sicuti stellę relucent: Cętez exoratus sis amplis sime uir Philippe ut hisce pauculis contentus sis: quę sicuti le ctorē fastidio no grauant: ita & iocūditatem uarietate affer re queunt: agamus & reliqua. Cum omnē ferme Platonis uitam studiosi magnis tollant in cetu laudibus: illud plerisq; miratur: illum inter tot Socratis sectatores ab eo memorię cōmendatos: ne minimā quidē Xenophontis mentionē no minatim fecisse: eius condiscipuli & doctissimi hōis in pri misq; dulcissimi: adeo ut uulgo: musa diceretur attica. qd & pter ab Xenophonte factitatū est: q Platonē expssim in tot cōscriptis ab eo uoluminibus nē semel quidē attigit. Æmulationis tamē inter eos signa extant: quę rectius ne uoluntas minime sincera ut multi putāt: an laudis certa men & glorię: ut sapientissimus phūs & modestissimus hō p̄ceptor meus Manuel chrysoloras iudicabat: magni uiri ui derint. Cęterū Xenophon ut opus illius inclyti: quod de opti mo statu rei. p. ciuitatisq; administrāde a Platone scriptuz est duos ferē libros lectitauit: q primi in uulgus exierant: opposuit contra mirz in modum extollens regię administra

tionis genus: quod Cyri disciplina uel infantia: hoc est pedia inscribitur: idq; uolumen octo libris nō tam ad historię fidem: q̄ ad regis institutionē absoluit: quo facto usq; adeo pmotus est Plato: ut in libro quē de legibus scripsit retractandi eius opis grā Cyrū pfaz regem strenuum quide hoiem ſ impiū fuisse dixerit. Rursum Xenophon in tertio cometariorū libro: quos de Socratis dictis factisq; composuit: Et in apologia mentiri eos & ineptire asserit: qui Socrate de celi naturęq; rationibus occultis disputantem introducit: Eū .ii. tantum de moribus & de rebus ad bene beateq; uiuendū disertare solitum: quibus quide in uerbis Platonē momordit. Vterq; etiā Socratis defensione idest apologiā scripsit. Sunt q̄ simultates quoq; inter Æschinē Socratis familiarissimū & carissimū Platonemq; intercidisse ferāt: quaz causa motū Platonem ex dissimulasse rationes quibus Æschines Socrate in uincula coiectum ad capessenda fugam re dera exhortatus est. Omnē aūt Critoni sermone eius tribuisse: ne scilicet ipsius nomē posteritati cōmendaret aut scriptis nobilitaret suis. Aristippum etiā celebris famę phm natione cyrenęum & Platonem inimicitia excanduisse traditur: adeo ut cum Plato pulcherrimū illud de animoz imortalitate uolumē cōscriberet: eum ab suis morsibus intactū nō omiserit: q̄ Socrati morienti nō interfuerit: cū egine haud procul abesset. Huius q̄ dissensiones: ut ante dixi: odiane an emulationes ex laudis studio & auiditate manātes appellari debeant: sententiaz proferē nō audeo: cū uarias agitari opiniones uideam? Reliquū est Philippe uir ornatissime: ut de eius morte dicā. Sed ut pictores solent ad distinguendas aliqua uarietate particulas: pri inserti ornamēti supiorē uitam maurabo: & q̄tus honos Platoni dignitas & q̄la reddita sit: expositurę mihi oro benignas aures accomoda. Taceo q̄ orator maximus idemq; phus eximiis magnificis eū adeo uerbis exornauit & principatum attribuit: ut cum omibus Aristotelem ingenio & diligentia anteponēt: interiecerit: Platonē semp excipio. At .ii. Augustinus cum oīuz doctrinaz ubertate redundans: tū uō sacraz litteraz

Excepto.

30

pugil inuictus Platonē euiſq; ſectatores prędicat & uere ut dicit in cęlum extollit: tanq̃ ueriſſimos dei utrięq; beatę cognitores atq; magiſtros. Elegimus. H. inquit platonicos: oium phoz merito nobiliſſimos: propterea qa ſape potuerūt imortalem ac rationalem uel intellectiuam homis aiam niſi pticipato illi dei lumine: a quo & ipſa & mundus factus eſt: beatam ēe nō poſſe. Ita illud quod ōmes homines appetūt ideſt uita beatam quiēq̃ iſti aſſecutiq; negant: q nō illi optimo: q ē īcōmutabili deo: puritate caſti amoris adhęſerit. Videſ excellentiſſime & uir & medice Philippe & chriſtiane homo qtus ad dei cognitionē ueraq; felicitatem adipiſcenda dux habitus eſt Plato: eius hōis iudicio: qui & acumine ingenij & magnaq; rez ſcia & uitę ſanctitate humana diuinaq; pſpexerit? Nec minus qd ſequitur illuſtreſ hōis honorē & gloriam apit. Inter Socratis diſcipulos nō quide īmerito excellentiſſima fama claruit: qui omnino ceteros obſcuraret Plato: q cū eſſet athenięſis honeſto apud ſuos loco natus & ingenio mirabili longe ſuos condiſcipulos anteiret: paz tamen putans pficiendę phie ſufficē ſeipſum ac ſocraticā diſciplīna: q longe lateq; potuit peregrinatus eſt: quaqua uerſum eū alicuius nobilitate ſcię pcipiēde fama rapiebat: & in egypto didicit quęcūq; magna illic habebantur. Hic ipſe Plato dei uniuſ ueri optimi imitatorē cognitorē amatorem dixit eſſe ſapientem: cuius participatione fit beatus. Huic igit̃ ſectatoribusq; ſuis: q uez deū & rez auctorem & ueritatis illuſtratorē & beatitudinis largitorē eſſe dixerūt: reliqui credant phi: q corporalia naturę principia corpori deditiſ mentibus opinati ſunt. Vt Thaleſ mileſius in humore: Anaximeneſ in aere: Stoici in igne: Epicur in atomis. Quid cū Ariſtoteles Platonis diſcipulus uir excellentis ingenij & eloquio Platoni quide impar: ſed multos facile ſupans ſectam ꝑipateticam condidiſſet: nobiliſſimi tamē phi: ut idem affirmat Auguſtinus noluerūt ſe dici ꝑipateticos aut academicos: ſed platonicos. Adeo cognitionē ueri dei & rez oiū creatori proxime acceſſiſſe uiſus eſt: ut illud gene

plato.

ſecꝰ initium in Platonis libro deprehenderit. In prīcipio creauit deꝰ celum & terꝝ: terā aūt inuiſibilis & incompoſita & tenebre erant ſup abyſſum & ſpiritus dñi ferebatur ſup aquas: quod cū apud nr̄os homines ideſt unius & eterni dei cultores Platonem tanto in honore eſſe ac tanti fieri cernamus: qdnā mirꝫ ē illū apud ſuos ſingulari quodāmodo colī: uenerarī & eximia dignitate haberi ſolitum. qua qdē in re paucula uelut teſtimonia ſatis erit attigiſſe: cuius nō mediocriter illa in ſiciliam honorata profectio eſt. Allatis ab Dionyſio iunioꝛe piter & italicoꝝ phōꝝ ordine litteris & legatis: triremis ornatiſſima & grauium ac doctiſſimoꝝ hoīz nobiliumqꝫ ciuium apparata comitatu eū ſyracuſas transportauit: qui ubi littus attigit: quaſi miſſa e celo felicitate paſſim occurſus habiti & paſſim acta letitia. Inde deſcendentē curruſ regio inſtructus apparatu triumphantiū ritu frequentiſſima circūeuntiū corona Platonē deuexit in regiā. & honorificus in grecia redditus? Reuerſus ex ſicilia Plato: cum ad magnificētiſſimā illam olympioꝝ celebritatem quaſi quēdā orbis terrarꝫ cōuentū preueniſſet: tam letis cunctoꝝ occurſibus exceptus eſt: ut e celo deus ad mortaleſ demiſſus uideretur. Ludoſ deſeri: athletarꝫ ſpectacula relinqui: pugileſ ſoloſ omitti cerneres: & quod admirabiliuſ eſt: q tam longis terrarꝫ mariſqꝫ tractibus paſcendoꝝ oculoꝝ auriumqꝫ & aliorum gratia ad olympia uenerant: omniſ uoluptatis obliti Platonem adibant: Platonē intuebantur: in Platone pindeac amoeniſſimo diuerſorio cōquieſcebant. Fac ſouē ipſam ſi modo quē eſſe deū nō autē impium ac flagitioſum hominē louem eſſe credimuſ: fac inq̄ louem ipſum tūc ſuā ad olympia in terraſ emerſiſſe: profecto nō pluſ ueneratioīs illi aut honoriſ homineſ tribuiſſent. Gratulari plerūqꝫ Platoni ſoleo: cū eius comitaſ: moꝝ ſanctitaſ: acumen ingenij: & diuina in primiſ ſcia tanta extiterit: ut nō mō uiuens: ſꝫ etiā uita functuſ in poſteroſ: in ſui beniuolentia: caritatem obſeruātiamqꝫ pduxerit. En quoſ homineſ? Mithridateſ ponticuſ rex pſaꝝ potentia: magnitudine animi: ingenio preſtanſ fuit: ut q aduerſuſ ro. impium Sylla Luculla

Pompeium forteſ ac fortunatoſ impatoreſ terra mariq; tot annis belligerare auſuſ: nō parua grēcię pārtē ac inſulaſ in poteſtatem ſuam redegerit: & duaſ & uiginti linguaſ: quot nationib; impitarit: prompte calluevit. Iſ in academia cōſtitutuſ uiri gloria motuſ ſtatuam dedicauit ſui in Platonē monumentū & pignuſ amoriſ: egregium Silanioniſ opuſ: idq; poſt Platoniſ obitum annoſ ducentoſ ac ſexaginta. Eam hiſce in modum inſcripſit. Mithridateſ rhodoūate .E. hanc Platoniſ imagine muſiſ dicata exēxit. De Platoniſ morte ut ſupra pollicituſe ram promiſſa pſoluo: de qua uarie traditū eſt. Sunt q eū in celebrandiſ amici nuptiſ cū getuſ diſcūberet: iuxta aſſidentib; ſume grauitatiſ hominb; anima de repente exhalaſſe ſcribāt. Nōnulli ipſum in nouū quoddam morbi genuſ cum incidiſſet: quē acorruptione pediculoz phthiriaſin uocant: quo & Cor. ſyllam piſſe compio: tande eiita exceſſiſſe. Quidam eū ſuo in lectulo cū & ſcriberet & legēt: uno & octogeſimo etatiſ anno: mortem obiſſe memorāt: cum Philippuſ Alexandri magni pater macedonibuſ impabat: quo tempore Alexander magnuſ ānoſ decē natuſ erat. Quoſda ēt alioſ hoc Platoniſ nomine fuiſſe iuenio: ex quibuſ rhodiuſ unuſ in phia claruſ euaſit: quē Panetij diſcipulum extitiſſe liquet. Fuit & alter pipatetice ſecte: q̄ pcipuam diſciplimiſ & boniſ artibuſ curam ſub Ariſtotele pceptore tribuit. Tertiuz eruditū uirū Praxiphaniſ .f. fama refert. Quartuſ nō mediocri ſermone predicatur ueteriſ comœdię ſcriptor. Extant aliqua inſcripta ſepulcro Platoniſ epigrāmata: exq̄buſ illud unū eſt. Ante alioſ caſtuſ & iuſti moriſ amator. Diuuſ ariſtocleſ occubat hoc tumulo. Sicui de cunctiſ magne eſt ſapientia laudiſ. Maiorē hic habuit: nec comeſ inuidia eſt. Aliud eſt huiuſcemodi. Telluſ membra ſinu condit moribunda Platoniſ. At felix animam coetuſ habet ſuum. Longinqui hūc celebrant: diuina huic cognita uita eſt. Claruſ athenaz cuiuſ Ariſto creat. Hęc ſunt Philippe uir doctiſſime: quę de Platoniſ gnē ſcripturū me tibi pollicituſ fuerā: quo etiā pacto in ſtudiſſ uitam degerit ad

pla. mors.

plaūſcripta ſepulc.

iunxi: ut cumulatius tuę uoluntati munus elargirer. In quo si legens interdū obuersabere: tu mihi ego tibi presentes esse iudebimur: cū frequentes nostrę occupationes iocundissimū nobis inuitis consuetudinem presentiaq; disoluant. Et quod initio dixi nostrę beniuolentię memoria & amicitię fides hoc litterarū bñficio & custodia durare ac seruari diutius poterit: sic utriq; uirgilianū illud obueniet: absentem absēs audiriq; uidetriq;. Τέλος:—

HOMERI VITA POETE PER PETRVM PARLEONEM ARIMINESEM AD IOANEMARCVM ARIMINESE ICIP

REM PROFECTO PVLCHRAM SED LABOriosam in primis atq; difficilem a me petisti Ioannes uir prestantissime: ut de uita Homeri oīuq; maximi excellentissimiq; poetę certi aliquid ad te pscriberem. Nanq; nō uitā modo eius atq; mores apud grecos & latinos omnes ignoratos esse: uerum etiā de gnē atq; patria semp adoctissimis uiris dubitatum inuenimus. Quautē omni tempore apud maiores nostros fuit obscuq;: quod q; p tot ante secula in maxima oīum discrepatione fuit: id nūc illustrare dicendo aut pro certo affirmare uelle: inaudite profecto demētię foret. Vez & si res ipsa grauis esset atq; difficilis: intelligens tamē q̄to eius desiderio afficerere: libentissime hūc laborē tui causa suscepi: quē & doctissimū uirū & integerrimū hominē & doctorum oīuq; amatorem defensorēq; cognosco. Tanta est. H. uis amoris erga te mei: ut mihi profecto audeā tibi denegare: iusta presertim honestaq; petenti. Quid aut abste iustius aut honestius peti a me potuit: q̄ cum hac nostra ętate sis q̄ alter philosophoq; & medicoq; Homerus: de Homeri uita diligenter inquirere: qui sit oīuq; Homeroq; phus: aut cui rectius q̄ mihi hoc muneris demandasses: q tuc beatum me arbitror: cūm tibi oībus in rebus obtempo? aut quid ego libentius acceptassem: quod nō tibi modo ceteris doctissimis optatū atq; iucundum: uerū etiā Sigismūdo pandulfo magnanimo principi Homeriq; studioso gratissimū fore predicaueris. Cum dicerem ipm (ut acri ē ingenio:)

p.par.

multa sępissime tecū atq; cū cęteris quos apud se habet doctos atq; prędaros hoies de Homeri prestantia contendetem: dolere mihi se prorsus de eius uita & gnie apud nostros unq; inuenisse: quod sibi aut otio aut aliqua ex parte satisfaceret. Atq; equide eo libentius id mihi muneris suscipiendu putaui: q; indignu absurdiusq; iudicabā Homerū tenebris obscuratum esse: qui lux cęteris splendorq; fuisset. neq; eū posse nos dspicere q clarissimā litterarū facem ante nos ferens: & ut omnes uideamus: & ut rectū doctrinę iter ingrediamur efficiat. Itaq; opus hoc aggressus sum: nō ut spare que de dstantissimoꝝ hoīū uita & moribus dici solent: in hoc libello posse me complecti: cum certi nihil a maioribus nostris litterarū monumentis traditū habeamus: sz ut que sumi excellentissimiq; rerū scriptores uaria de illo tradiderūt: nō ignorarētur a nōbis: q & Homeri sunt amatores & rerū uetustarū curiosi. Atq; in hys diuersis uiroꝝ illustriū opinionibus atq; sententiis: & si qd optamus minime assequi possimus: ea tamē dfruemur uoluptate: q nō uiros modo excellentis: sz preclaras etiam inter se urbes de Homero disceptasse intelligemus. Habet. H. rerū uarietas tanta in se gratiam: ut nulla re alia magis animi nostri teneantur magisq; delectentur. Itaq; libello de sophista de quo ualde me rogasti: ut ad te scriberē: quieq; iam prope absolueram ptermisso: contuli me ad Homerū tuum: qd te prius hoc uelle scire intelligebā. Post uō ad paucos dies illud quoq; absolutū ac dfectum ad te mittam: atq; si tibi dignus uidebitur qui eruditis auribus Malatestę nouelli legendus cōmittatur ostendito: ut inter cęteros uirorū illustrium uitas quas het adiungat: collocetq; in nobili bibliotheca illa quā magnis suptibus edificauit: sin minus tu ipse soluis Homerū nostrum apud te habeto. Sz ia ad rem nostrā redeamus: & eoꝝ uideamus opiniones q de Homero quicq; scripserūt: qua in re cū alios multos quos potui: tū Plutarchum in primis nobis imitandum proposuimus.:—

IGitur Ephorus cumeus in eo libro que de patriis rebus inscripsit: ostendit Homerū fuisse cumeum. Ait. n. Apellem: Meona: & Dium fratres cumeosq; cumeos fuisse: horū aut Dium cū

ere alieno premeretur : aſcram boetię uicū incoluiſſe : ubi cū Pyci-
medam uxorē duxiſſet : poetam genuit Heſiodum . Apellem uō
cum in patria ultimus eius uitę finis aduenisſet : filiā noīe Cri
theida fratriſ Męoniſ tutelę cōmendaſſe : atq; Męonē cū puel-
lam uitiaſſet grauidamq; fecisſet : infamiam uexitū uxorem
eam Phemio ſmyrneo gramatico dediſſe . Hanc poſt lauādi cā
ad loca que nō longe aberant a melete fluuio proficiſcentem i
fantem p eperisſe Homer : qui primo Meleſogeneſ appellatus homc . Natiuitas
eſt : q iuxta meletem fluuium ſit ortus . Poſt uero cū cęcus fa-
ctus eſſet Homer appellatū eſſe dicit : q cumęi & ioneſ oculi
captoſ homeroſ appellent : qm homeriſ : ideſt itineriſ ductori-
buſ indigeant . Nanq; ὅμηρος ionico homereuo lingua eor ducē
ſignificat : ſz hęc Ephorus . Ariſtoteleſ uō in eo libro quē de poe
tica ſcripſit Homer inquit in io inſula natū eſſe : & quo tempo
re colonia Neleus Codri filius in ioniā duxit : adeo q muſaz con
ſuetudine utebatur : compreſſam eſſe puella quādam indigeną : t
atq; grauida factam : cū iam uentriſ tumor extaret eaq; de re
piculum ſibi imminere intelligeret : in uicū diſceſſiſſe nomie egi
nā : quo latroneſ cū ueniſſent captā puellam atq; ſmyrnā : quę
lydorū impio tenebatur adductam Męona lydoz regē dono
a latronibuſ accepiſſe : eamq; q forma eſſet egregia duxiſſe u
xorem . Poſt uō cum iuxta meletem fluuium deambularet occu λlia op. nat. ho.
pata a doloribuſ Homer puer apud flumē enixam Męonaq; fu-
maletina infantē accepiſſe atq; pro ſuo diligenter educaſſe : ma
tremq; Critheida ſtatim poſt partū e uita diſceſſiſſe . Cū uō ali
quot annis poſt Meone mortuo lydi q ab æoliſ bello premeren
tur ſmyrnam deſerere ſtatuiſſent : primoreſq; ciuitatiſ p pre
conem iuſſiſſent ut omneſ urbe egrederētur qui ſequi uellet
tunc Homer etia adoleſcente ὁμηρεῖν homerein ideſt ſequi ſe
uelle dixiſſe : atq; ex ea cauſa pro meleſogene Homer fuiſſe no
minatum . Sūt alii q dicat hanc noīs appellatione poeta hūiſſe . ā. ſigfi. noīs. ho.
q obſes in bello datus fuerit . Nanq; Homerus attica lingua ob
ſidem ſignificat . Quida uō ἀπὸ τοῦ μὴ ὁρᾶν ideſt a non uide
do μὴ ὁρᾶν meoz & tranſpoſitione . o . litterę Homer ideſt nō

uidentem appellatū esse uolunt. Verū qm uerbi interpretatio ua-
ria inter se atq; diuersa esse uidetur: quo faciliuſ uarietatiſ cām
intelligaſ: paullo altiuſ quēdam principia repetamuſ. Vt. n. apud
latinoſ olim diuerſaſ linguaſ fuiſſe legimuſ: hetruſcam: oſcam:
ſabinam: romanā: ita & apud grecoſ multaſ fuiſſe manifeſtum
eſt: quaꝝ qnq; in primiſ nobileſ excellenteſq; probantur: ionica:
dorica: eolica: attica & cōmuniſ: haꝝ omniū illuſtrior attica
eſt: qua Plato: Iſocrateſ: Ariſtoteleſ: Xenophon: Demoſthe-
neſ ac aliſ multi uſi ſunt. Vnde & Gnato ille terentianuſ: attica in-
quit in Thraſone eloquētiam eſſe: ut quę omniū preſtantiſſima eēt.
Omneſ autem uſq; adeo inter ſe differūt: ut eadem nōia ſepe alia
ud apud alia linguā ſignificent. Itaq; iſſ ante propoſitiſ atq; intel
lectiſ: hoc nomē homerus auariſſ deſcendens uerbiſ & apud diuer
ſaſ linguaſ: diuerſaſ poteſt habere interptationeſ. Id aūt eo miñ
mirādum eſt: q; in una eademq; lingua uerbū unū plura ſepe &
atq; diuerſa inter ſe ſignificare uideamuſ. Itaq; hiſ omiby mani
feſtum eſt homeri nomē non fuiſſe poete proprium ſ; ab euen-
tu inditum ut diximuſ. Atq; quacunq; ex cauſa homerus fuerit
appellatuſ: eū caſu nō a natura: ut qdam noſtri temporiſ docti ho-
mineſ arbitrātur: cęcū fuiſſe conſtat: decepti uerbiſ Ciceronis:
qui ait: Traditum eſt etiam Homęꝝ cęcū fuiſſe: at eiuſ picturam
nō poſſim uidemuſ: quę regio? quę ora? quiſ locuſ grecię: quę
ſpecieſ formę? quę pugna? quę acieſ? quod remigium? q mo-
tuſ hominum? q ferax? nō ita expreſſuſ eſt: ut quę ipſe nō
uideret noſ ut uideremuſ effecerit: & reliqua. Nanq; nō ſe-
quitur Homęꝝ idcirco fuiſſe cęcū: q; cū dicat Cicero ea feciſ
ſe noſ uidere quę ipſe nūq; uidit. Multa. n. poete atq; rer
ſcriptoreſ de bello: de pace: de orbiſ ſitu: de mūdo: de cęlo: de
deo ſepiſſime ſcribunt: quę ipſi nec uiderūt unq; nec fortaſſe
credunt. Atq; ita rationibuſ cōfirmat exemplisq; corroborat:
ut ea legenteſ nō modo eſſe uera ſed oculiſ etia uidere ſe pu
tent. Dicendi. n. gracia tanta in ſe uim habet: ut quęcūq; re
cte cōmodeq; dicantur: ea noſ & uera poſſibilia & certa & qī
ante oculoſ poſita & collocata plerūq; iudicemuſ. Itaq; hoc recte

linguarū diuerſitas.

op⁹. Cice.

hom.

